

21.

Chur, 1394 September 27.

Dietrich von Segni, Weihebischof von Bischof Hartmann, Graf von Werdenberg-Sargans-Vaduz, bestätigt die Weihe von zwei Altären und des Chores in der St. Laurentius-Kirche in Schaan.

Nos dietterus¹ (Dei et)^a Sedis apostolice gratia Episcopus Sigenensis² Suffraganeus Reuerendissimi / patris ac domini (domini)^a Hartmanni dei et sedis apostolice gratia Episcopi Curiensis vniuersis Christi fidelibus / presencium inspect(ori)bus^a et in temporibus futuris salutem in eo qui est omnium vera salus cum noticia / subscriptorum (nouerint)^a igitur quos nosce fuerit oportunum nunc uel quomolibet in futuro quod nos in / nomine domini iesu (christi)^a Saluatoris anno domini M^o C^o C^o LXXX iii proxima dominica ante festum sancti Michahelis / archangeli (ad consensum)^a et mandatum iam dicti domini nostri Episcopi Curiensis³ ac ad fauorem et rogitum / studiosum (omnium virorum) parochialium in Schaan cultum diuinum diligentium chorum et unum altare / et altare (in eadem ecclesia)^a noviter constructum et ordinatum Consecrauimus et domino dedicauimus Altare in/ choro sancti (diaconi)^a Laurencii Trium regum Johannis et Pauli martirum et Thorotee virginis / altare ante (chorum in honore)^a sancte crucis Nocolai et sancte Katherine virginis Et ut cultus diuinus / augeatur (et sic de novo)^a per amplius crescat ibidem dedicationem aniuersariam indulgentiarum largitione / perpetuis temporibus (relaxamus)^a Ex omnipotentis dei misericordia et auctoritate qua fungimur omnibus christi / fidelibus confessis et contritis predictum chorum et altare ipsius ante chorum immo ipsam ecclesiam in cultu dei / et tam (deuotionis causa quam in festis)^a dedicationis visitantibus quadraginta dies criminalium et annum venialium et totidem / dominus noster Episcopus Curiensis³ (actum)^a in ciuitate Curiensi anno die quo supra Est ante dedicationem ipsius ecclesie^b dominica proxima / ante festum sancti Michaelis archangeli